Quelle: https://manuscripta.at/?ID=833
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Ultimo dicti ambasiatores pmiserunt quod ad huiusmodi synodum veniat imperator
Grecorum et patriarcha Constantinopolitanus et reliqui tres patriarche et archiepiscopi et
episcopi et etiam ecclesiarum qui comode venire poterunt Similiter quod veniat aliorum
regnum et dominorum que subiacentur ecclesie Grecorum cum plena potestate et mandato
vallato iuramento et aliis clausulis optatis tam oppte secularium dnorum quam prelatorum

Item quod mittatur unus vel plures ambasiatores oppte sacri Concilii
cum octo milibus ducatis pro facienda congregatione prelatorum ecclesie orientalis ad
Constantinopolim que decem milia expendent ab quibus ambasiatoribus sacri
concilii put dnus imperator et pres ambasiatoribus concilii videbitur tamen
quod si predicti prelati nollent Constantinopolim venire vel postquam in Con
stantinopolim venerint nollent ad synodum predictam accedere tunc tenea
dictus imperator reddere dictis ambasiatoribus concilii quitquid pecunie expenderint

Item quod ecclesia occidentalis soluat expensas quatuor gallearum grossarum
quarum duo sunt de Constantinopolim et alie aliunde producendo cum tempus
adeuerit ad portum suum et reducendo ad Constantinopolim dictum imperatorem et
patriarchis et prelatos ecclesie orientalis cum suis usque ad numerum septingentorum
personarum quibus ipsa occidentalis ecclesia impensas faciet hoc modo

Quia pro expensis ipsius imperatoris et ipsorum septingentorum personarum a
Constantinopoli usque ad portum suum ultimum dabit ipsi imperatori xv
milia ducatorum a dicto ait ultimo portu usque ad loci dicti Dimodi et deinde
quamdiu manebunt in Synodo et usque ad reversionem ipsorum ad Constantinop
faciet dicto imperatori cum dictis septingentis personis impensas honestas

Item quod infra decem menses incipiendos a mense Novembris proxime
sequenti teneatur sacro concilio mittere duas gallearum grossas et duas
subtiles versus Constantinopolim cum trecentis balistarios super quibus
galeis erunt ambasiatores sacri concilii et dns demetrius pithoc[illegible] [illegible]
paleologus primus de ipsis ambasiatoribus dictum imperatorem cuiusquidem ambas
iatores sacri concilii habebunt secum xv milia ducatorum danda dicto imperatori
pro expensis suis et patriarcharum et prelatorum et aliorum venientium usque ad numerum viij
personarum faciendis a Constantinopoli usque ad portum ultimum ad quem debebunt
applicare ut supra

Item predicti ambasiatores concilii iturri cum ipsis gallis ordinabunt quod x
milia ducatorum erunt parata ad exponenda si necesse fuerit pro custodia ciuitatis
Constantinopolitane propter periculum quod posset interuenire a turcis ciuitati
tempore absentie dicti imperatoris que exponent per aliquem a dictis ambasiatoribus
concilii deputandum put necessarius fuerit